

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

**5. Sethvs**

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

**S. SETHVS.**

Sethus tertius Adami filius, maximum parentis afflictissimi solatium fuit. Cum enim alterum cæde, alterum fuga amisisset, hujus ortu recreatus mirifice est, & magis delectatus, eò qvod, cum Cainus omnem potentiam contumaciter & secure contemneret, & contraria promissioni divinae dogmata propagari a suis pateretur, hic Sethus disciplina patris sanctissima imbutus, a verbo Dei puro non recessit. Vixit annos nongentos & duodecim, & post Abelem & Cainum solus ex Adami filiis nomine exprimitur, qvia solus promissionis defensor acerrimus, & caput ecclesiæ nascentis fuit. Inter viros primæ ecclesiæ laudatissimos merito numeratur.

**6. ENOS.**

f. SE.